



# Acta Academiae Lovaniensis contra Lutherum.

<https://hdl.handle.net/1874/353218>

**Acta Academie  
Douantenn.contra  
Lutherum.**

**C**er sola Roma sperandam nō  
esse concordiam et tranquillita-  
tē religionis Christiane. Ad Cau-  
rolum Cesarem  
**Epigramma.**

Totus in anspiti pendet discrinine mundus.  
Et via vir homini certa salutis adest  
Nam pietas/et vera fides procul erulat atros  
Tuis subiit/terror cuncta replicuit inops  
Scienditur indoctum studia in contraria vulgus  
Nec doctis/se inter conuenit vsg viris  
Dic reprobat/cant ille sui precepta Lutheri  
Pugna e suggestu surgit/vtrunc⁹ grauis  
Iudicium est paucis/multis fauor imperat omnes  
Quis rerum expectant/exitus aptus erit/  
Vaud potis est tantos componere sola tumultua  
Roma/minas omnes euonet ipsa licet  
Difficile est nimium/feriens ut vulnera sanet  
Ledenitis faciem faucus odit amoz/  
Digna tuis ergo titillis hec gloria Cesar  
In te suspicio nulla sit istra cadit,

N. 39 A

Candido Lectori.

**L**ou a que nunc sunt / ut omniū interest ea maxime nota esse  
lubens exponam. Venit his diebus Hieronymus Eleāder  
vir sua opinione lōge maxim⁹ / non solum propter linguis /  
quas eximie callebat. siquidem hebrea illi vernacula est. Sc̄ca  
a puerō illi coaluit. Latine autē didicit diutina professione  
sed etiam mirabilis libi videtur ob antiquitatem generis.  
Nam Iudeus natus est / que gens immodece gloriatur de Abraham vetu-  
stissimo se originem ducere. An vero baptisatus sit nescitur. Certū est eum  
non esse phariseum / quia non credit resurrectionem mortuorum. Quoniam  
vivit perinde atq; cum corpore sit totus peritus / adeo nullus a se prauus  
affectione abstinentis. Vtq; ad infamiam iracundus est / quavis occasione fu-  
rens. Impotentis arrogante. Avaricie inerplebilis. Nephande libidinis  
et immodece. Summum glorie mancipiū / quāq; mollicet / & qui possit elo-  
boratō stilo gloriā parare / et peior quam qui vel conetur in argume-  
to honesto. At ne nesciamus celsit felicissim⁹ / simulata defectio  
ad Christianos. Hactus enim sic est ansam illufrandi ab  
si sui / et obscurādi Christi gloriam / que hoc seculo ce-  
pit reflorescere / flocessente superstitione / et pe-  
stiferia hominum traditionibus. Itaq; in  
structus literis pontificis nuper ve-  
nit perditurus (quantū potest)  
optima queq;  
Eale.



Id vos candidos Lectores scire volui.

# Semideorum Louaniensium.

**A**unc maxime feruer stolidorum ac furiosorum tyrannis. Aleander Louani per carnificem publicum ac Promotorem libros aliquos exrussit in foro eodem die quo Rector discessit Louani ut dicere possim. Rege presente facti. Etiam ut idem Antwerpice sed frustra Hoochstratus restitutus est in officio inquisitoris et dura minatur omnibus qui illam bestiam non adorarint. Duxio palam iniuriant Theologi Louanienses se electuros illi e synagoga Theologorum nisi recantet oratione quam edidit nuper in qua laudavit linguas peritiam. Res acta est ea ratione/qua Theologi solent omnia. Conuocata est Uniuersitas sub iuramento in edicis Rectoris que nec capere poterant uniuersitatem. Langue enim Rector; Rosemondanus qui nunc declarat qualia ante fucrit. Qui esset congregata uniuersitas vt audirent quae proponerentur nunc Apostolici non comparuerunt nisi duo ministri barbatuli futuuli et exhibebat bullam istam terrificam Louani natam. Vna cist exemplari et conferre inquiunt. Bulla lecta est sibi sedebatur duabus horis. Hic hil aliud definiuit Uniuersitas qd bullam habeti pro lecta. Postea Theologi per deputationem suam procedunt perinde quasi tota res esset acta per Uniuersitatem cum nec Aleander docuerit de sua commissione nec bulla sit examinata ab ipso a quibus oportuit nec approbata procea scit oportunit in re tanta. Ibi aliquot sunt exrussi in foro sed ridentibus omnibus. Egmontanus in die Dionysii oratione habuit apud populum / ipso dignam hoc est stultam et furiosam / et in Erasmum prelente plura dicit qd in ipsum Lutherum impudentissime mentiens. Siebat Lutherum in horrendos illos erores incidisse quod esset cupidus nouorum cum Lutherus omnia sua hauserit ex Augustino Bernardo Bersone Cardinale Lusano. Dicebat Erasmus vehementissime fauisse Lutherum cum nunq miscuerit se cause illius sed tantum improbat modum quo illum aggre diebantur vociferantes apud indoctos in illum quem tollerat aut non possent refellere. Multaque his similia perstringens oblique linguas ac nouum testamentum / idq ridentibus pene omnibus. Die dominico proximo repetit eadem / bullam ostendit populo. Oidere inquit sigillum / quasi hoc sit approbare bullam / procul ostendere sigillum. Adiecit inter cetera odiose notatis Erasmus. Venient et ipsi aliquando ad palum nisi desistant quia si bulla non sufficeret. Exierat et mandatum Rectoris / multa adiuvantes que in bulla non habebantur / ne venderentur libelli scripti in infamia vniueritatum et bonorum virorum. Hoc opposuerunt orationi Duxiane / et epistolis metu. Obmurmuratum est a Jureconsultis quibus non ingens dissidium est cum Theologis. In actu cuiusdam Jureconsulti paucissimi Theologi comparuerunt. In proxima eiusdem licentia nullus comparuit Petrus Duxius et Erasmus. Nam eodem die inhibuerant Theologi licentie actum. Sed illico appellatum est / et ostensum est illos non posse ubi bere. Nec tamen voluerunt retractare suam inhibitionem. Sed in hoc complicitarunt ut nemo Theologorum compararet / solo Duxio non monito. Erasmus constituerunt nunq vocare ad actus. Non graue vindicta. Quis digne misetur homini dementiam. Rem tam atrocem / que possit torquere turbare mundum / aggressi sunt tam stulte ac temere.

## Acta

Constat Rosse rem actam sine ordine/ vehementer obssidente Cardin.  
S. Crucis/ et alio multis. Bulla Colonie Louanijs nata/fuit excusa. an-  
teg evulgata/ et quod excusum est dissidet a bulla quam adserit Aleander.  
Erudit quibus lecta est bulla: conformat multa esse in bulla / que suspi-  
tionem faciant eam esse surrepiciam. Stilus est fratralis/multum abhor-  
rens a stilo Romano. Insunt Solecismi multi. Nulli credunt illam pre-  
terg Theologis/nec vncj fuit examinata/nec distinguunt errores/quos cō  
memorat. Nam vide ministros huius preclarui negotij. Primus erat Car-  
di. Laetatus/quo nihil superbius/nihil sceleratus/et se predicatori est.  
Huic successit Carolus a Abilitijs. Huic Marinus. Postremo quem ni-  
hil pudet. Gloriosus Hieronymus Aleander/ quem publicus rumor/vul-  
ne/lingua/fides plane testantur esse Judeum. et Judei suum agnoscunt.  
Est hoc in fatis vt Christiani patiantur a Judeis. Sic Judeus incitauit  
Iulium Pontificem in exitum orbis. Sic Pesseroni Colonie/ turba  
vit orbem Christianum. Sic nunc Alexander cognatus Jude/vincit suos  
maiores vel ob tres drachmas proditurus rem Euāgelicam. Et vita co-  
gnitus Mataus et Lutherie/ ut ipse qui libros alienos exurit/ sit exuren-  
dus. Nam ille hereticus dici non potest/ qui nihil credit. Imperatum per  
vnum aut alterum mandatum a Rege inscio/ aut certe male instructo/de  
bulle executione. Hic minister fuit Rimacius/ note improbitatis ganeo.  
Nam si placet fontem confideremus. Res primum orta ex odio linguis  
ac bonarum literarum aduersus Lapacionem. Res acta est/ per furiosum  
Hoochstratanum et furiosum simul et fatus Egmontianum. Accesserunt ordines mendicā-  
tum/ qui riment ne vocentur vel ad famam/ vel ad op' manus. Si labefact  
regnum Pontificis Romani/ per quem regnant nunc in ocio. Nullus est  
Theologus/ qui solus damnet omnes articulos in bulla cōmemoratos.  
Sed quemadmodum Octavius Lepidus et Antonius conspirantes ad  
opprimendam libertatem publicam/ iunctis copijs/sic concorderunt/ ut  
singuli eorum patarentur quosdam occidi/ quibus benevolebant. Ita isti  
alius in alterius gratiam passi sunt quedam damnari/ modo ille vicissim  
pateretur damnari/ quod oderat/ aut quod putaret in commodum suis  
rebus. Nam Louanienses non damnant id quod maxime grauat Martini-  
num. Lutherum/ videlicet primatum Pontificis nō esse iuris diuinii. Et  
Turnhout parans resellere conclusiones Lutheri/ testatus est se hoc vel-  
le intactum relinquere. Satis igitur declarant se in hoc sentire cum Lu-  
thero/ et tamen passi sunt damnari in bulla. Et Louanijs sunt qui obste-  
rint/ ne quedam damnarentur. Ecce due tantum Universitates/ etiā con-  
sulate non consentiunt. Nam cum fateantur in Thoma/ in Scoto/ in Pe-  
tro lombardo/ in Augustino/ in ceteris omnibus esse errores/ et coldez  
quos damnant in Lutherio/ nec his offendantur/ satis declarant se odio  
Lutheri facere quod faciunt/ non zelo fidei/ quem non habent homines  
sucarissimi/ sui tantum amantes/ nec aliud q̄ regnum affectato. Nemo  
fraterne monuit Lutherum/ cupientem discere/ nemo docuit/ nemo re-  
sellit. Tandem ceperunt in scolis disputare aduersus Lutherum/ sed ita  
ut non licet baccalaureis loqui. Quidam theologo ad ducenti arguunt

## Semi-deorum Louaniensium.

5

tum/q[uo]d non possent solvere/vehementer indignati sunt/et collegunt  
consilium de illo ejciendo.Turnhout et Latomus ceperunt refellere in  
lectionibus suis/et vir persecerunt duo capita/tantum ut esset preteritus  
apud stultos/ut interim procurarent ea que nunc videmus.Quod si res  
eo deducatur/ut Theologis liberum sit absq[ue] rationib[us] dicere/hoc falsus  
est/hoc hereticum.hoc offensuum/nec vili sunt libri in quibus nō possit  
aliquid tale calumniari.Luicung successit Hochstratus/vocabitur  
ad ignem/et bone litere/et boni viri prodentur hominis indocil/furiosi/  
et scelerati libidini.Ille in suis prefationib[us] gloriose promittit illos ad  
mirandos syllogismos quibus volentes/nolentes sit adacturus nos ad  
obedientiam.Et subito profert carnificem suum cum fasciculis ipse Ler  
nix eucullatus.Omnia que haec tenus in Lutherum sunt scripta/habent  
manifestam infamiam.Omnes turpissime adulantur Pontificis/quorum  
primus fuit Cardi.Laetanus/et Slaeuter p[re]ceras.Terti Thomas Co  
dischus.Quartus Augustinus minorita quidam.Hanc Louanienses (mi  
scor) non edent suas mentes.Christus non designatus est docere vel ini  
mam plebem.Isti non dignantur docere virum integrum et eruditum.Qd  
si Episcopi omnes/ut quidam nunc facili connuebunt ad ista/bicui fu  
storum est/ut mendicantes adepto regno insultent in capita ipsorum/et in  
eos quoq[ue] per Pontificem tyrannider suam exercet.Dicit aliquis quid  
siet/Pontifici resistere difficile est.Ponnum tutissimum est credere hec  
agi Pontifice nestio/aut certe non edicto sufficenter.Examinet Ale  
ver/et inuenietur scelerosus Judeus.Examinetur bulla/et inuenietur sur  
repticia.Que etiam si veritas.Pontifice/tamen non statim est proceden  
dum donec Pontifex audierit saniora consilia.Ulioqui pertulit est ne  
hec res pariat magnos tumultus in orbe Christiana.Facile est Lu  
theri extinere e bibliothecis/ut non facile est illum extinere e  
pectoralibus hominis/nisi refellatur illius insolubilia argu  
menta/nisi contrarium doceat Pontifex sacre scriptu  
re testimonio.Satis diu impositum est mundo  
fusis/post hac doceri cupit.Nec defensio in  
genia que flecti veris possunt/terret  
fumis non possunt.Veritas ne  
scit opprimi/etiam illi  
opprimat  
Luth[er]  
rug.



Omnibus Rector alme Universitatis generalis Louaniensis auctoritate apostolica et regio decreto inhibet omnibus et singulis: Domini Prelatis, Doctoribus, Nobilibus, Licentiatibus Magistris, Baccalaris, Scholaribus, Bibliopolis et alijs quibuscumq; eidem Universitatis subditis ne quis scripta aut libros qui nomine fratris Martini Lutheri circulerunt, legere, describere, imprimere, vendere aut penes se tenere aut illis quoquomodo fauere, eosive defendere presumat, sed illos ad man?.

R. M. Hieronimi Aleandri nuncij et oratoris apostolici ad hoc specialiter deputati, aut eiusdem Domini Rectoris comburendos ferat vel mittat et resgnet hodierna tota die sub grauissimis penis et censuris in bulla apostolica contra prefatum Martini Luther et eius libros et scripta fautorumq; et sequacum et altera. Item bulla super impressione librorum, in concilio lateranensi editis et Regie maiestati atq; eisdem Rectori et Universitat presentatis nec non alijs penis in regie maiestatis mandato contentis.

Idem intelligatur de libellis famosis in dedecus et detractionem Sanctissimi. D. M. Vape et aliorum summorum pontificum predecessorum suorum sancteq; sedis apostolice, nec non Universitatis studiorum, et apobatas facultates nonnullisq; grates personas compositis quoq; nomine aut auctore censeantur.

Precipitur item eadem autoritate et sub eisdem censuris et penis omnibus et singulis doctoribus, predicatoribus tam secularibusq; regularibus cuiusvis ordinis etc. mendicantium nec non decanis conciliorum et curatarum ecclesiarum rectorib; ut in publicis lectionibus et sermonibus ad populum Lutherianos errores et famulos libellos damnent impudent et impugnent, atq; p

viribus delere et prioris destruere nitatur priusq;

usq; Christifidelium mentes pravo suo veneno inficiat posterius. Datum Louani?

Die octavo Octobris Anno a

natuitate domini. M. quingen-

tesimo. Vicellmo.

Sub Sigillo Rectoris.

7

**C**on portentosum Romani Pont. mīni-  
strum sub ouino tegmine / rapa,  
cīssimum lupum occul-  
tante Hierony-  
mū Alean-  
drum  
**D.** M. Lutheri quidam discipulus.

En nos in fatis hōc esse videmus: ut vsq;  
Christicolum populum turpis apella premat/  
En non verpus erat/quo fretus Julius olim  
Impis tot Reges mouit ad armis pios/  
En non verpus erat/Juda sceleratior; ipso.  
Per quem tempestas seuist Hochstratica:  
Hunc Aleander adeit recutite gloria gentis  
Intentatq; viris omnia dira probis.  
Ecce armata venit fictis nigra belua bullis  
Et ciuem simulans, hostica cuncta parat.  
Exurit libros/magis exurendus et ipse/  
Si cuperet factis/premia digna suis.  
Doc monstrium Caroli Regis se trusit in aulam  
Funestans furis omnia leta malis.  
Ipse licet sacro singat se fonte renarum  
Attamen agnoscit gens recutita suum.  
Agnoicit verpus strepitum sua verba sonantem.  
Agnoicit vultum mentulam et ingentum.  
Quacunq; aspicias Iudeum cuncta loquuntur  
Sermo fides/mores/os/color; ipse habitus.  
Quot monstra hic lernam conflata videmus in vnam.  
Siue Midam spectes/siue Thrasona magis  
Est quatho cum libuit/non hoc furioso; dixit  
Sepe etiam fedus Sardanapalus erit.  
Cetera non referam/quisbus ipsum Sardanapalum  
Exuperat/quid nota referre suuat  
Non habet hic oculos generosi principis aula  
Non habet hic forteis Teutona turba manus.  
Huius progenitor triginta prodit Jesum  
Huminitis/hic vltro prodere non dubitat.

**C**onformis excudebat M. L. Utopicus

1654940

Слово о престоле  
царствующем в России

Санкт-Петербургъ 1873

Библиотека

СИБИРЬ

Сибирь